

†

Memorabilia

Modernum Ecclesiae, & Parochiae
Statum concernentia charae
Posteritati relicta.

Statuta Viri proprio Ecclesiarum are ex
hereditate Ioannis WINDL Hartkuchen
Jus Parochi per Cunctas auctor
Anno

2^{do} Maria Theresia Hungariae, & Bohemiae
Regina Francisci Caesaris Coniunx Austriae
provinciarum regit.

Civisque Ditiones Infensur Austriae Simplicis
hujus Hispano-Galliae In quo Maria Infestans
rvinat.

2^{do} Josephus Cardinalis à Lamberg
Insignis Viri Pontifex Passaviensis
gregi ple praest.

Friedrich ab Harrah Insignis Viennae
Minister, & Patris Pater Stephanianae hujus
fabricae Patronatusque vestra tenet.

Wenceslaus Richter Bohemus, Ecclesiarum
hujus Rector, salutis gregis Pastor innotat.

Ferdinandus Welsmannus Archidiaconi Praefectus
Hic negotiis praest, Civisque vestra gubernat.

4

Ecclesia Parochialis S. Stephani Proto-Martyris
in HartKirchen ampla & pulchra, cuius primæva
fundatio ob deperdita per injurias temporum antiqua
manuscripta hic et nunc ignoratur, præter Majorem
Aram S. Stephano Sacram, et decore ornatam, tria
præterea parva continet altaria, unum B. Mariæ Virg.
alterum S. Nicolao Episc. tertium SS. Sebastiano &
Rocho dicata, quorum priora duo Spectabiliora sunt
cum cathedra, & organo. Suppellectilem bonam
habet, et satis pretiosam, quatuor etiam campanas
pro convocando ad Divina populo.

Penes hanc Parochialem Ecclesiam est Confraternitas
B. V. Mariæ in Templo Presentata, cuius temporalem
administrationem tenet Senatus opidanus Aschaviensis.

Ecclesiæ fundatio consistit in quibusdam censibus, &
laudemis ex quibusdam prædiolis rusticis, domun-
culis, agris et vineis suo dominio subjectis sibi præstan-
dis.

Filialem etiam cassam habet Nicolainam seu S. Nicolai
dictam, cuius administratio per continuum usum ad
Parochum loci spectat.

Jure Patronatus & Advocatiæ, ex compactatione inter
Eminentissimum D. D. Philippum Cardinalem à Lamberg
S. R. I. Principem, et Exemplum Epum Passaviensem &
Illmum ac Excellmum D. D. Aloysium S. R. I. Comitem ab
Hartach Supremum Austriæ Marechallum facta, gaudet nunc
Illmus & Excellmus D. D. Fridericus S. R. I. Comes ab Hartach
de Rohrau, Dñus Dñorum Stauff, Aschach, Freystatt, et Bruck
ad Leythum, Dñus Hereditarius in Branna, Starckenbach,
Wkawa, Stöser, Boharna, Homile, et Ediar, Superioris, &
Inferioris Austriæ Supremus Hereditarius Stabuli Prefectus,
Aurei Velleris Eques, Sacre Cæsareæ, nec non Hungaricæ &
Bohemicæ Regiæ Majestatis Mariæ Theresiæ Austriacæ Inti,

„mus Actualis Consiliarius, & Conferentiarum Minister,
Supremus Regni Bohemiae Cancellarius, à quo utpote
Patrono meo Gratosissimo ego Wenceslaus Richter SS.
Thilae Baccalaureus proprio motu è Bohemia ex Rochlicens
Parochia in Dominio Starckenbach, ac Summis giganteis mon-
tibus ad Silesiae confinia ^{ita} evocatus, & pro Parochia hac Mart-
Kirchensi presentatus fui. Me verò proximè
antecessit R^{em}us & Clarissimus Dñus Ioannes Georgius
Weindl SS. Canonum Doctor, Consil. Eccl. Vice Decanus, &
Parochus in MartKirchen, qui Ecclesiam hanc Parochialem
universalem heredem ea intentione ex ultima voluntate
instituit, ut Ecclesiae turris, quae aliàs simplici tecto ex
tegulis provisa exiguam apparentiam fecit, renovetur,
et in eum, in quo nunc visitur, Altum redigatur.

Sub hoc Parocho separata fuit Ecclesia filialis ad S.
Udalricum in Maybach vulgò Maypoch in Parochialem
nunc erecta, cui modò tertius Parochus praest. Adm R.D.
Iosephus Eberl ex Helvetia oriundus. Eius loco Parocho
MartKirchensi in compensationem cessit Beneficium
simplex Arcensis Capella in Aschach eodem tempore
institutum, quod sub onere duarum ibidem hereditaria-
rum legendarum Mistarum trecentos florenos
annuatim pendit.

Antecessit autem nominatum D. Weindl R^{em}us &
Celsissimus D.D. Adalbertus S. R. I. Princeps de
Rabatha, qui prius huius loci Parochus ab Excell^{mo}
D.D. Comite Aloysio ab Harrach primus presentatus,
posthac verò in S. R. I. Principem et Episcopum Passa-
viensem Canonorum Suffragio fuit electus.

Parochialis hac MartKirchensis Ecclesia post Sepa-
rationem suae aliàs filialis Maybachensis Ecclesiae
animas poenitentiae capaces ex Aschaviensi & Schaun-
bergeni Dominio sibi incorporatas ter mille, trecentas,
et octodecim hōc annō numerat, quae omnes absque
ulla suspitione orthodoxae fidei cognoscuntur addictae,

ubi quotannis quadagesimali tempore in Parochia omnes
successive comparent, et de rebus fidei, ac pro usu Sacra-
mentorum necessariis sua seorsim tentamina subeunt.

HartKirchensi Ecclesiae incorporata nunc manent
Ecclesia S. Ioannis & Nicolai in opido Aschach, ubi
Parochus fruitur Beneficio cum domo beneficiaria in
perpetuum Parochiae incorporatō, ibiqz aliud quoqz
reperitur Beneficium Wincklerianum pro sacro matu-
tino fundatum, quod proprium Beneficiatum habet
à Dominic Aschaviensi, et Familia Winckleriana alternativè
praesentandum, eoqz nunc R. D. Elias Winckler actuali
fruitur. In maiori hujus Ecclesiae Ara visitur lignea
crucis cum appicta rudi colore Crucifixi imagine, quae
aquis Danubii dicitur allata, et nunc publico cultui
exposita, singulari in veneratione habetur. Ecclesia
S. Laurentii ibidem ad hospitale, quae communem cum
precedenti casam habet. Et S. Ioannis in Hiltkering,
quae comunicat cum cassa Superiùs nuncupata
Nicolaina filiali; in qua Ecclesia B. Virginis
amara Statua singulari cultu frequentatur.

Ante trecentos circiter annos Separata ab Hart-
Kirchensi Parochia fuit Capella S. Ottonis Puppings,
quae cessit Monasterio R. R. P. P. Franciscanorum
ibidem tunc erecto, cuius intuitu Schaunbergenses
Domini hujus Monasterii Fundatores mediam partem
decimarum in Puppings, Tannhaym, et apud rusticum
in Staudlach sibi alias pertinentem HartKirchensi
Parocho in perpetuum cesserunt; qui proinde in
nominatis locis integras decimas ex agris colligit,
ubi alias in toto suo Parochiali territorio dimidias
tantum decimas habet, exceptis paucis, qui aut
nullas, aut integras decimas pendunt. Decimas
tamen ex vineis sibi integras attribuit Dominium
Efferdingense, cuius modernus Possessor est Illmus

D.D. Ernestus S. R. I. Comes à Starenberg, si tamen vineæ recligantur in agros, media pars decimarum rursum ad Parochum redit.

Habet præterea Parochus agros proprios, prata, & vineas, complura etiam subdita prædia rusti-
cana, domunculas, agros, et census, suamq;
Cancellariam per proprium administratorem, seu
Scribam administrat.

Sues etiam in cura animarum habet cooperatores,
ordinarium unum, alterum Supernumerarium, mihiq;
actuali cooperantur RR. DD. Tobias Bechmayr
Bavarus natione, & Paulus ^{Palk} natione Austriacus ex
opido Serleinsbach oriundus, ambo Zelosi.

Moderuus Ecclesie æconomus est V. Laurentius
Baumgartner opidanus iudex Aschavii.

Lucidirector & chori regens Philippus Rehber.

Ædituus & sacrista Franciscus Wagner.

Artifices, et opifices magistros hæc nova Ecclesie
turris sequentes habuit:

V. Mathiam Krinner ædilem sive architectum, qui
turrim hanc delineavit, ejusq; ædificium direxit.

V. Andream Hupfauer fabrorum lignariorum magistrum,
qui ligneam turris structuram fecit, ac formavit.

V. Joannem Michaëlem Kùpferling fabrum ærarium,
qui eam cupro contexit.

V. Joannem Simonem Erdmann gladiarium, qui
crucem cum cæteris inauravit.

Et hi omnes cives sunt Cincenses.

Hæc itaq; breviter annotata sufficiant.

O. A. M. D. G.

Der Kunstschmied Johann Simon Yawersohn

Gefährlicher Mann, von Fälschung und Lügen

Es ist bekannt, dass er sich häufig von Lincolns
Gefährlichkeit zu London in Erwähnung

Wollens von Waffenschein und Lügen
Franciscus Xaverius Lincolns sehr Lincolns

von Lincolns, als dass er ein sehr Lincolns
ist, was er zu Lincolns am 10. Sept. 1748. sehr

zu Lincolns, dass er ein sehr Lincolns
ist, was er zu Lincolns am 10. Sept. 1748. sehr

Es ist bekannt, dass er sich häufig von Lincolns
Gefährlichkeit zu London in Erwähnung

und seinen Willigen.